



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 29. Responsum Legato ad alloquium admissio a Synodi Præsidi datum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

rum, postquam unacum Patriarcha Constantinopolitano, & Orientalibus Episcopis in Occidentem proficisci statueret, Joannem Legatum suum ad Eugenium, & ad Synodum misit, qui pro sua profectio-  
ne triremes parari peteret. Eodem anno millesimo quadringentesimo trigesimo septimo mense Februario ineunte Legatus Basileam ingreditur, concessæ potestatis literas, quæ tamen nil nisi privata epistola fuerant, Basileensibus offert, & explicata mandati sui serie, provinciam sibi demandatam quatuor præcipue articulis circumscribi testatur, scilicet, ut de sincera Græcorum intentione Synodum edoceret, eosque cuncta, quæ mutuo conclusa fuissent, exequi paratos nunciaret: dein ut Patres, ne contraria foverent consilia, induceret, simulque loci qui ad celebrandam Synodum commodus esset, electionem urgeret, ac tandem utrum triremes necessario apparatu instructæ essent, inquireret.

## §. XXIX.

*Responsum Legato ad alloquium admissum a Synodi Præsede datum.*

Ad hæc Præsides Legato reposuit, Patri-  
bus nihil antiquius fuisse, quam ut de omnibus istis debite providerent, jamque conducendis triremibus Præfectum fuisse

*Hist. Eccles. Tom. XXVII.*

R

no-

Sæcul. XV. nominatum, ac denique pro loco futuri  
 A.C. 1437. Concilii Basileam, Avenionem vel Sabaudiam destinatum.

## §. XXX.

*Obstacula a Legato proposita.*

Joannes de harum urbium electione per quibus conquestus respondet, Græcos ob adversam corporis valetudinem, quod plures Prælati gravi senio pressi laborarent, mari Siculo se committere haud posse. Verum dictis facta non confutatus eventus docuit; Nam Græci accepto Constantinopoli nuntio, quod pro eorum comodo Genuæ ac Pisis triremes construerebantur, ingenti afficiebantur gaudio cum tamen has naves Constantinopolem nisi mare Siculum transirent, appellere non posse, perbene cognoscerent. Præterea subjungebat Legatus, Græcos quod denique pro loco Concilii proposuissent Sabaudiam; Basileenses vero non alias enumerasse urbes, quam quibus Sabaudia intra Italiam imperaret. Hoc itidem inquit Panormitanus, manifeste falsum est, cum conventio disertis verbis exprimeret, quod extra Italiam vel Budam Hungaria, vel Vienna in Austria, vel Sabaudia eligeretur: quo tenore Sabaudiam speciatim inter urbes extra Italiam sitas numeratam fuisse constat. Alii infirmitate

*Panorm. de  
 Concil. Basil.*